So, after a weeks Stay with them, I took Leave of them, with much Reluctancy, w^ch^ I hid as well as I could, & went cross the Country by Rye (?) & Elvenstead to Dover, where I mett my Tutor according to Appointment; who brought with him his Nephew Hicks & Mr. Marshall, who was a Gentleman-Commoner of Lincolns Coll. & his Pupil, to be our ffellow Travellers.

The Evening before I Left England I retired to Private Devotion (after we had our ffamelly Prayers together, as we Constantly had Dayly both Morning & Evening whilst we Travelled together). In my private Prayer I Beseeched God to protect & Prosper me in my Travels & Bring me Safe again to my Country & Parents & ffriends; Whereupon I had an Immediate Impression upon me imploying that my Request should be granted, if [I] would Serve God & Enter into Holy Orders after my Return. I thereupon Resolved I would, if I could by Study become fit, & should be ffound worthy to enter into that Holy & Honourable Calling.

October y^e^ 15th 1673 We left Dover, and arrived at Callais the next day about 12 of the Clock. How I imployed my time During the Three Years I was beyound Sea, one year in ffrance, an other in Italy, & The Third in Turkey, will appear by my Journalls Relating to those parts & my Travels I bublished after my Return for the most part.

FINIS.

(To be continued.)

CALENDARIUM GENEALOGICUM.

(Continued from Vol. II., New Series, p. 93.)

60. Isabella de Fortibus, *quondam* Comitissa Albæ Marliæ, *defuncta. De causa, quæ inter Hugonem de Curtenay ex parte una, et Robertum, filium et hæredem Warini de Insula defuncti, ex altera, super hæreditate ejusdem nuper Comitissæ, vertebatur; et quæ fine debito terminata fuerat.*

Placita coram domino Rege apud Westm. in Octabis Sancte Trinitatis anno regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi tercio [22 June 1310].

Oxon.' Dominus Rex mandavit dilecto et fideli suo Waltero de Glouc' Escaetori suo citra Trentam ad sectam Hugonis de Curtenay breve suum in hec verba Edwardus Dei gracia Rex Anglie Dominus Hibernie et Dux Aquitanie dilecto et fideli suo Waltero de Glouc' Escaetori suo citra Trentam salutem. Cum Warinus de Insula jam defunctus nuper post mortem Isabelle de Fortibus quondam Comitisse Albe Marlie defuncte que de domino E. quondam Rege Anglie patre nostro tenuit in capite asserens se esse propinquiorem heredem ipsius Isabelle Maneria de Newenham Heyforde Waryn in Comitatu Oxon' Pyshobury in Comitatu Hertford' et de Harewode et Kirkebi Oreblowere cum pertinenciis in Comitatu Ebor' que fuerunt prefate Isabelle et que occasione mortis ejusdem in manum dicti patris nostri capta fuerunt sibi

petivisset liberari que quidem Maneria in manu dicti patris nostri tunc remanserunt racione minoris etatis Hugonis de Curtenay tunc infra etatem et in custodia dicti patris nostri existentis pro eo quod pro eodem Hugone dicebatur quod ipse fuit propinquior heres ipsius Isabelle et predictus pater noster postmodum quando predicto Hugoni terras et tenenementa ipsum jure hereditario contingencia que in manu dicti patris nostri nomine custodie extiterunt reddidit prefato Warino nunc defuncto Robertoque filio et herede ejusdem Warini infra etatem et in custodia ipsius patris nostri existente Maneria predicta in manu sua retinuisset racione minoris etatis predicti Roberti Ac prefatus Hugo pro eo quod predictus Robertus etatem suam jam probavit per quod homagium ejusdem Roberti cepimus de omnibus terris et tenementis que predictus Warinus pater suus tenuit de eodem patre nostro die quo idem Warinus obiit et ei terras illas et tenementa reddidimus Maneria predicta que in manu nostra existunt sibi petierit liberari Nos volentes fieri quod justum fuerit in hac parte vobis mandamus quod scire faciatis prefato Roberto quod sit coram nobis in Octabis Sancte Trinitatis proximo futuris ubicumque tunc fuerimus in Anglia ad ostendendum si quid pro se habeat vel dicere sciat quare Maneria predicta prefato Hugoni tanquam propinquiori heredi ipsius Isabelle minime debeant liberari Et habeatis ibi hoc breve. Teste me ipso apud Reygate primo die Junii anno regni nostri tercio.

Dominus Rex eciam ad sectam Roberti filii et heredis Warini de Insula mandavit prefato Escaetori suo breve suum in hec verba Edwardus Dei gracia Rex Anglie Dominus Hibernie et Dux Aquitanie dilecto et fideli suo Waltero de Glouc' Escaetori suo citra Trentam salutem. Cum Warinus de Insula jam defunctus nuper post mortem Isabelle de Fortibus quondam Comitisse Albe Marlie defuncte que de domino E. quondam Rege *etc. (ut supra usque ibi* Roberti *—lin.* 12*—et tunc sic)* Ac idem Robertus cujus homagium jam cepimus de omnibus terris et tenementis que predictus Warinus pater suus tenuit de eodem patre nostro in capite die quo idem Warinus obiit et cui terras illas et tenementa reddidimus Maneria predicta que in manu nostra adhuc existunt sibi petierit liberari Nos volentes fieri quod justum fuerit in hac parte vobis mandamus quod scire faciatis prefato Hugoni quod sit coram nobis in quindena Pasche proximo futura ubicumque tunc fuerimus in Anglia ad ostendendum si quid pro se habeat vel dicere sciat quare Maneria predicta prefato Roberto tanquam propinquiori heredi ipsius Isabelle minime debeant liberari Et habeatis ibi hoc breve. Teste me ipso apud Westm' xxviij° die Marcij anno regni nostri tercio.

Ad quam quindenam Pasche venit predictus Robertus Et predictus Hugo per premunicionem sibi factam similiter venit Et datus fuit eis dies usque in Octabas Sancte Trinitatis proximo sequentes.

Ad quas Octabas Sancte Trinitatis veniunt partes predicte Et

predictus Robertus dicit quo ad breve ad sectam suam retornatum quod omnia tenementa in eodem brevi contenta debent ei liberari ut propinquiori heredi predicte Isabelle dicit enim quod de ipsa Isabella que obiit sine herede de se resorciebatur jus eorundem tenementorum cuidam Henrico ut consanguineo et heredi predicte Isabelle fratri cujusdam Warini proavi ipsius Isabelle Et de ipso Henrico descendit jus cuidam Alicie ut filie etc. Et de ipsa Alicia cuidam Roberto ut filio etc. Et de ipso Roberto cuidam Warino [ut] filio etc. Et de ipso Warino isti Roberto qui nunc petit ut filio et heredi etc. unde petit predicta tenementa ei reddi tanquam heredi propinquiori ipsius Isabelle racione predicta.

Et prefatus Hugo petit quod prefatus Robertus dicat et ostendat qualiter prefatus Warinus frater predicti Henrici consanguinei predicteIsabelle fuit proavus ipsius Isabelle Qui quidem Robertus dicit quod de quodam Warino filio Geraldi antecessori suo et ipsius Isabelle exierunt quidam Warinus et Henricus filii etc. Et de ipso Warino filio etc. exivit quedam Margeria filia et heres ipsius Warini Et de ipsa Margeria exivit quidam Baldewynus filius et heres ipsius Margerie Et de ipso Baldewyno exierunt quidam Baldewynus et Isabella Et quia idem Baldewynus obiit sine herede de se descendit jus prefate Isabelle ut sorori et heredi etc. que de predictis tenementis obiit seisita ut predictum est etc. Et quia predicta Isabella obiit sine herede de se resorciebatur jus etc. cuidam Henrico consanguineo prefate Isabelle fratri predicti Warini filii Geraldi Et de ipso Henrico descendit jus [etc.] cuidam Alicie filie predicti Henrici Et de ipsa Alicia descendit jus etc. cuidam Roberto filio et heredi predicte Alicie Et de ipso Roberto descendit jus etc. cuidam Warino filio et heredi predicti Roberti Et de ipso Warino descendit jus etc. isti Roberto qui nunc petit etc. Et dicit quod sic fuit predictus Warinus frater predicti Henrici proavus predicte Isabelle et per illum descensum descendit jus tenementorum predictorum isti Roberto qui nunc petit ut propinquiori heredi ipsius Isabelle et per reversionem predictam etc.

Et predictus Hugo bene cognovit quod Maneria de Heyforde Waryn in Comitatu Oxon' exceptis duabus virgatis terre et dimidia cum pertinenciis in eodem Manerio Pishobury in Comitatu Hertford' Harewode et Kirkeby Orblowere cum pertinenciis in Comitatu Ebor' exceptis uno mesuagio una carucata terre cum pertinenciis in Lofthous infra Manerium predictum de Harewode liberari debent prefato Roberto ut propinquiori heredi prefate Isabelle juxta formam peticionis sue et per descensum predictum Et quo ad Manerium de Newenham cum pertinenciis duas virgatas terre et dimidiam cum pertinenciis in Heyforde Waryn in Comitatu Oxon' unum mesuagium et unam carucatam terre cum pertinenciis in Lofthous infra Manerium de Harewode in Comitatu Ebor' dicit quod idem Robertus nichil clamare potest in eisdem ut heres ipsius Isabelle propinquior eo quod ipse Hugo quo ad hoc est heres

prefate Isabelle propinquior et non prefatus Robertus Dicit enim quod de quodam Willielmo le Vernun exiverunt quidam Baldewynus de Ripariis Maria et Johanna Et de ipso Baldewyno exivit quidam Baldewynus et de ipso Baldewyno quidam tercius Baldewynus et prefata Isabella de cujus morte etc. Et dicit quod tenementa ista videlicet Manerium de Newenham due virgate terre et dimidia cum pertinenciis in Heyforde Waryn in Comitatu Oxon' predicto unum mesuagium una carucata terre cum pertinenciis in Lofthous infra Manerium de Harewode in Comitatu Ebor' ut predictum est fuerunt jus et hereditas predicti Baldewyni de Ripariis qui desponsavit predictam Margeriam quam predictus Robertus de Insula in narracione sua dicit esse aviam predicte Isabelle de cujus morte etc. et per medium cujus Margerie idem Robertus petit eadem tenementa simul cum aliis etc. et dicit quod eadem Margeria nichil habuit in Maneriis istis videlicet Manerio de Newenham cum pertinenciis duabus virgatis terre et dimidia cum pertinenciis in Heyforde Waryn in Comitatu Oxon' uno mesuagio una caructata terre cum pertinenciis in Lofthous infra Manerium de Harewode in Comitatu Ebor' etc. nisi nomine et racione predicti Baldewyni de Ripariis qui ipsam desponsavit ut predictum est unde dicit quod post mortem ejusdem Baldewyni de Ripariis descendit jus eorundem tenementorum cuidam Baldewyno [ut] filio et heredi Et de ipso Baldewyno descendit jus etc. cuidam Baldewyno tercio ut filio et heredi ut predictum est Et de ipso Baldewyno tercio etc. qui obiit sine herede de se descendit jus eorundem tenementorum prefate Isabelle ut sorori et heredi et de cujus morte modo petuntur etc. Et quia eadem Isabella obiit seisita de eisdem tenementis et sine herede de se resorciebatur jus eorundem tenementorum predictis Marie et Johanne ut consanguineis et heredibus prefate Isabelle et sorori [*sororibus*] predicti Baldewyni de Ripariis avi prefate Isabelle Et de prefata Johanna quia obiit sine herede de se descendit jus propartis sue prefate Marie ut sorori et heredi etc. Et de ipsa Maria descendit jus etc. cuidam Johanni ut filio et heredi Et de ipso Johanne cuidam Hugoni filio et heredi Et de ipso Hugone descendit jus etc. isti Hugoni qui nunc petit ut filio et heredi unde dicit quod per descensum istum de predicto Baldewyno de Ripariis cujus jus et hereditas tenementa predicta fuerunt et per medium cujus eadem tenementa prefate Isabelle descenderunt debent eadem tenementa ipsi Hugoni liberari et non prefato Roberto qui ea petit per medium predicte Margerie avie predicte Isabelle que quidem Margeria nichil habuit in eisdem nisi nomine et racione predicti Baldewyni de Ripariis quondam viri sui ut predictum est etc. Et petit quod predicta tenementa ei liberentur.

Et predictus Robertus hoc non dedicit set hoc idem concedit Et quia predictus Hugo superius bene cognovit quod omnia tenementa in brevibus contenta preter Manerium de Newenham duas virgatas terre et dimidiam cum pertinenciis in Heyforde Waryn in Comitatu Oxon' unum mesuagium et unam carucatam

terre cum pertinenciis in Lofthous infra Manerium de Harewode in Comitatu Ebor' liberari debent predicto Roberto ut propinquiori heredi et prefate [*heredi prefate*] Isabelle per vias et raciones per quas ipsa petit Et similiter idem Robertus cognovit quod predictum Manerium de Newenham due virgate terre et dimidia cum pertinenciis in Heyforde Waryn in Comitatu Oxon' unum mesuagium et una carucata terre cum pertinenciis in Lofthous infra Manerium de Harewode in Comitatu Ebor' que fuerunt prefati Baldewyni de Ripariis ipsi Hugoni liberari debent per vias et raciones per quas ipsa modo petit et ut propinquiori heredi ipsius Isabelle in hac parte.

Videtur Curie quod nichil obstat quare predicta tenementa in brevibus predictis contenta prefatis Roberto et Hugoni prout ipsa petunt per descensus predictos proporcionaliter liberari non debent ut predictum est etc. salvo jure cujuslibet etc. Set quia Curie datum est intelligi quod prefata Isabella ante mortem suam dominum E. Regem patrem domini Regis nunc de diversis terris et tenementis feoffavit et nescitur utrum terre et tenementa predicta seu aliqua pars eorundem in cartis per quas prefata Isabella dominum E. Regem patrem etc. feoffavit contineantur nec ne ut cercius in dicto negocio procedatur mandatum est Thesaurario et Camerario de Scaccario quod scrutatis et examinatis cartis predictis que sunt in custodia eorundem ut dicitur de eo quod inde inveniri contigerit dominum Regem sub sigillo Scaccarii predicti sine dilacione distincte et aperte reddant cerciorem Et interim cesset execucio reddicionis predictarum terrarum et tenementorum etc.

Postea predicti Thesaurarius et Camerarius mandant quod in custodia sua sunt transcripta quarundam cartarum factarum domino E. quondam Regi Anglie patri domini Regis nunc per Isabellam de Fortibus quondam Comitissam Albemarlie in quibus nulla fit mencio de Maneriis in predictis brevibus contentis Ideo dictum est prefatis Roberto et Hugoni quod sequantur in Cancellaria de seisina sua de Maneriis et tenementis predictis habenda prout superius dictum est Et recordum et processus predicta ibidem liberantur etc.

[*Vide infra No.* 73 *de hoc anno; et Inq.* 21 *Ed. I.—citra Trentam—Portf.* $\frac{1}{7}$]

HISTORY OF THE FAMILY OF BORLASE.

(*Continued from Vol. II., New Series, p. 292.*)

Sir John Borlase, Bart., eldest son and heir of Sir John Borlase, 1st Bart., of Bockmore, co. Bucks, was M.P. for Great Marlow. He and not his father, must, I think, be the Sir John Borlase whom an aged person, mentioned in Langley's 'Hundred of Desborough,' remembered in connection with a visit paid him by Charles II. and Nell Gwynne, who had ridden over from Windsor to see him. He died in February 1688, aged 48, and was buried in Stratton Audley Church, co. Oxford. His will, made 7 January, 1683, was

CALENDARIUM GENEALOGICUM.

(*Continued from p. 53.*)

61. De omnimodis prisis *ad opus domini Regis, seu alterius cujuscunque, infra comitatum Derb,' post parliamentum ejusdem domini Regis de Staunford, qualitercunque factis.*

[*Breve deest.*]

Inquisitiones (*quinque*) *captæ circa festum Purificationis Beatæ Mariæ Virginis anno regni Regis prædicti tertio* [29 Jan.—5 Feb. 1309-10] *in wapentachiis vel hundredis de Apeltre, Wirke, Repindon,' Gresle et Scharvisdale, ac infra libertatem villæ Derbiæ, coram Henrico de Kniveton et sociis suis, justitiariis domini Regis ad hoc assignatis.* Derb.'

[*Vide n°* 63 *de hoc anno.*]

62. Alicia filia et hæres Willielmi de Kendale. *Probatio ætatis.*

[*Breve deest.*]

Probacio etatis Alicie filie et heredis Willielmi de Kendale defuncti qui de domino E. quondam Rege Anglie patre [Regis nunc tenuit in ca]pite et quam Laurencius Coterell duxit in uxorem capta coram Escaetore domini Regis apud Haddon' in [Comitatu Derb'] sexto die Novembris anno regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi tercio [1309] per jur' subscript.'

Ricardus Danyel miles etatis lx annorum juratus et diligenter examinatus super etate dicte Alicie dicit quod eadem Alicia fuit etatis quindecim annorum in festo Translacionis sancti Thome martiris ultimo preterito et quod nata fuit apud Derleye in predicto Comitatu Derb' in predicto festo Translacionis sancti Thome quindecim annis elapsis et quod baptizata fuit in ecclesia ejusdem ville in crastino sequenti Requisitus qualiter hoc scit dicit quod hoc bene scit eo quod idem Johannes [*ante* Ricardus] habuit quemdam filium nomine Robertum qui nascebatur [ad festum] Nativitatis Beate Marie prox' post nativitatem predicte Alicie qui obiit ad festum Sancti Michaelis ultimo preteritum de etate quindecim annorum [et am]plius.—Simon de Sutton' miles etatis xl annorum juratus et diligenter examinatus super etate dicte Alicie dicit quod eadem Alicia fuit etatis quindecim annorum in festo Translacionis sancti Thome martiris ultimo preterito et quod nata fuit apud Derleye *etc.* (*ut supra*) Requisitus qualiter hoc scit dicit quod hoc bene scit eo quod habuit quemdam filium nomine Johannem qui nascebatur ad festum sancti Michaelis prox' post nativitatem dicte Alicie et per hoc scit quod tantum tempus elapsum est.—Willielmus de Hoggesthorpe etatis l. annorum juratus et diligenter examinatus super etate dicte Alicie dicit *etc.* (*ut prius*) Requisitus qualiter hoc scit dicit quod hoc bene scit quia fuit procurator tercie porcionis ecclesie

de Derleye tunc temporis quod nata erat et baptizata et similiter per hoc scit quia primo venit ibidem commoraturi [*commoraturus*] in festo Sancti Johannis Baptiste proximo precedente.—Thomas de Alsop' etatis xlv annorum juratus *etc.* (*ut prius*) Requis' qualiter hoc scit dicit quod hoc bene scit quia habuit quendam filium Thomam nomine qui nascebatur ad festum sancti Jacobi prox' post nativitatem dicte Alicie qui obiit ad festum sancti Bartholomei prox' sequent' [*sequens*] eodem anno et per hoc scit quod tantum tempus elapsum [est].—Nicholaus Kyng' etatis xl annorum juratus *etc.* Requis' qualiter hoc scit dicit quod hoc bene scit quia Willielmus de Kendale tenuit seisinam apud Haddon' de terris que fuerunt Roberti de Derleye eodem die quod [*quo*] nata erat et habuit ibidem magnates secum commedentes et per hoc scit quod tantum tempus elapsum.—Johannes de Birchelis etatis liiij annorum juratus *etc.* Requis' qualiter hoc scit dicit quod hoc bene scit quia habuit quandam sororem disponsatam et domui ductam eodem die quod dicta Alicia nata erat nomine Agn[etem] et per hoc scit quod tantum tempus est elapsum.—Henricus de Hethcote etatis lxij annorum juratus *etc.* Requis' qualiter hoc scit dicit quod hoc bene scit quia disponsavit uxorem suam nomine Julianam ad festum Nativitatis Beate Marie prox' sequent' [*sequens*].—Henricus frater ejusdem Henrici de Hethcote etatis l. annorum juratus *etc.* Requis' qualiter hoc scit dicit quod hoc bene scit quia habuit qu'dam fil' nomine Alic' qui [*quere pro* que] obi[it in cra]stino sancti Laurencii proximo sequenti eodem anno et similiter hoc scit quia tantum tempus elapsum est.—Robertus Beaumaner etatis xl annorum juratus *etc.* Requis' qualiter hoc scit dicit quod hoc bene scit quia Willielmus Beaumaner pater Roberti Beaumaner sepultus fuit apud Derleye in simiterio in quindena Translacionis sancti Thome eodem anno et per hoc scit quia tantum tempus elapsum est.—Nicholaus Gamel etatis lx annorum juratus *etc.* Requisit' qualiter hoc scit dicit quod hoc bene scit quia emit unam bovatam terre in villa de Roulisley de Willielmo Freman' in festo sancti Laurencii eodem anno quod nata erat et dedit Agn' filiam suam in libero maritagio ad festum Sancti Michaelis prox' sequent' eodem anno et [*per*] hoc scit quod tantum tempus elapsum.—Johannes frater ejusdem Nicholai Gamel etatis l. annorum et Willielmus de Jelgrene etatis lx annorum jurati et singulatim examinati super etate dicte Alicie dicunt quod eadem Alicia fuit etatis quindecim annorum in festo Translacionis sancti Thome martiris ultimo preterito et quod nata fuit apud Derleye in predicto Comitatu Derb' in predicto festo sancti Thome quindecim annis elapsis et baptizata fuit in ecclesia ejusdem ville in crastino sequenti Requis' qualiter hoc sciunt dicunt quod bene hoc sciunt quia fuerunt in ecclesia quando dicta Alicia fuit baptizata

et dominus Marmaducus capellanus baptizavit eandem Aliciam eodem die. In cujus rei *etc.*

Et Radulphus Coterel cui dominus E. quondam Rex Anglie pater Regis nunc terras et tenementa que sunt de hereditate predicte Alicie usque ad legitimam etatem ejusdem heredis ex commissione sua huic probacioni etatis predicte presens fuit et nichil dicere scivit vel ostendere quare prefate Alicie ut illi que plene etatis est terre et tenementa predicta reddi non debeant.

[*Vide Inq.* 24 *Edw.* I. *n°* 25; 30 *Edw.* I. *n°* 48; 27-33 *Edw.* I. *ultra Trentam*; *et n°* 44 *de hoc anno.*]

63. De prisis *infra villam de Assheborne captis.*

[*Breve deest.*]

Inquisicio ville de Assheborne capta ibidem die Martis in crastino Purificacionis beate Marie anno regni Regis Edwardi tercio [3° Feb. 1309-10] coram Henrico de Knivetone Rogero de Bradburne et Ricardo de Corzoun de Brendeshale justiciariis domini Regis assignatis ad inquirendum de omnimodis prisis ad opus domini Regis seu alterius cujuscumque [tam] infra villam de Assheborne quam extra factis ibidem post parliamentum domini Regis de Stanforde et per quos *etc.*

Qui dicunt per sacramentum suum quod nulle prise infra dictam villam de Assheborne ad opus domini Regis vel alterius facte sunt post parliamentum predictum. Derb.'

[*Vide n°* 61 *supra.*]

64. De prisis *factis in Comitatu Ebor. post parliamentum de Stanford.*

[*Breve dat.* 18° *die Decembris* 1309]

Inquisitiones (*duodecim*) *factæ apud Ebor., circa festum Conversionis Sancti Pauli anno regni Regis Edwardi tertio* [19-31 *Januarii* 1309-10], *coram Willielmo le Vavasour, Johanne de Insula, Johanne de Creppyngs et Johanne de Donecastre, super extorsionibus et injuriosis captionibus factis per homines domini Regis in diversis wapentachiis, &c. viz. Herthill, Brudeford,' Bulmer et Richem,' Couerele, Aynsty, Barkeston,' Holdernesse et Clarchowe.* Ebor.'

[*Sunt etiam quinque petitiones de hujusmodi prisis, contra formam et ordinationem parliamenti de Stanford factis.*]

(*To be continued.*)

ville, which died sans issue,—after, he mar. *Agnes*, da. to *Peter Stanter* of Hornyngsham, co. Wilts, Esq., and by her had issue,—JOHN; Katheryn, mar. to *William Bennet* of Westbury, co. Wilts; and Dorythy.

JOHN WILLOUGHBY of Silton, mar. *Fraunces*, da. of *Sir John Rogers* of Bryanston in the said co., Kt., and by her had issue,—William and Francis.

WODHAM of Catherston Lewston.

ARMS: Quarteriy 1 and 4, *Gules, a chevron between three roses Argent*; 2, *Argent, on a fess Sable between three ? lures Gules as many leopards' heads of the field*; 3, *Argent, a fess indented point in point Or and Gules, in chief three trefoils slipped Sable* (Tyll); impaling Willoughby Quarterly as at p. 178.

CREST: *A buck's head erased between two sprigs of roses all proper.*

SIR JOHN WODHAM of Meryfeilde co. Som'set, Kt., mar. and had issue, John, his eldest son; ... second son; WILLIAM, third son.

WILLIAM WODHAM of Catherston Lewston co. Dorset, Gent., third son to Sir John, mar. *Jane*, da. and co-heir to *William Payne* of Catherston, Gent., and by her hath issue,—WILLIAM his eldest son.

WILLIAM WODHAM of Catherston, Esq., eldest son and heir to William, mar. *Elizabeth*, da. and heir to *Steven Tyll* of Tyllhowse co. Devon, Gent., and by her hath issue,—JOHN, his eldest son and heir.

JOHN WODHAM of Catherston, Esq., eldest son and heir to William, mar. to his first wife *Mary*, da. to *John Farington* of Farington, co. Devon, Gent., and by her had issue,—JOHN, his eldest son;—after, the said John mar. to his second wife *Elizabeth*, da. of ... *Cruwis*, of Cruwis Morchard co. Devon, Gent., and by her had issue,—James; Laurence; George; Henry; and Thomas; Joyce, mar. to *Thomas Pyne* of co. Devon, Gent.; Mary, mar. to *John Larder* of Loders co. Dorset, Gent.; Elizabeth, mar. to *Henry Tame*; Margaret, mar. to *John Case*; Anne, mar. to *Tristram Pister* of Boyton co. Wilts, Esq.; Katherine and Ursula, unmar.

JOHN MODHAM of Catherston, Esq., eldest son and heir to John, mar. *Margaret*, da. to *Nicholas Willoughby* of Turners Pittell co. Dorset, Esq., and by her had issue,—George Wodham, his eldest son; John, second son; Edward, third son; Nicholas, fourth son; Katherine; Mary and Margaret.

CALENDARIUM GENEALOGICUM.

(*Continued from p.* 100.)

65. DE OMNIMODIS PRISIS *ad opus domini Regis, seu alterius cujuscunque, infra comitatum Devon', post parliamentum ejusdem domini Regis de Staunford, qualitercunque factis.*

[*Breve dat. apud Westm.* 18° *die Dec.* 1309.]

Inquisicio facta apud Exoniam die Lune proxima post festum Conversionis Sancti Pauli anno regni Regis Edwardi filii Edwardi Regis tercio [26° *Jan.* 1309-10] coram domi nis

Willielmo Martyn et Gilberto de Knoville virtute commissionis huic inquisicioni annexe assignatis ad inquirendum de diversis prisis in comitatu predicto factis secundum quod continetur in comissione predicta per Walterum *etc.* cives de civitate Exon' Qui dicunt super sacramentum suum quod Nicholaus Page subgaugerus Henrici le Say tunc pincerne domini Regis cepit de Johanne de Smalecumbe ad opus domini Regis unum dolium vini nomine antique prise die Lune proxima post festum Omnium Sanctorum anno regni predicti domini Regis secundo pro quo solvisse debuit xx. s. unde non dum satisfecit. Et dicunt quod idem Nicholaus cepit de Radulpho Lovet die et anno predictis ad opus ejusdem domini Regis nomine prise unum dolium vini pro quo solvisse debuit xx. s. et unde non dum satisfecit. Item dicunt quod Thomas de Ral[eghe] nuper vicecomes Devon' cepit de Roberto de Rysshen die Lune proxima post festum Sancte Trinitatis anno predicti domini Regis nunc primo ad opus ejusdem domini Regis duas pipas vini precii lx. s. pro quibus non dum satisfecit in aliquo. Item dicunt quod dictus Nicholaus Page cepit de Hugone Gascoyng' de Toppesham die Veneris post festum Invencionis Sancte Crucis anno regni Regis predicti secundo unum dolium vini de decem et novem doleis ubi nullum cepisse debuit secundum consuetudinem antique prise nisi excederet summam viginti doliorum pro quo dolio quod valuit l. s. nisi triginta solidos solvit. In cujus rei testimonium predicti jurati sigilla sua presentibus apposuerunt.

[*In dorso*] ¶Manuc[aptores] Nicholai Page essendi coram domino Rege et consilio suo in proximo parliamento in Octabis Pur' Beate Marie—Will's Austyn et Henr' de Lappeflode.

¶Thomas de Ralegh' mortuus est. Devon'.

Inquisicio facta apud Exon' die Lune proxima post festum conversionis Sancti Pauli *etc.* (*ut supra usque ibi* factis *et tunc sic*) secundum tenorem comissionis predicte per Stephanum *etc.* Qui dicunt per sacramentum suum quod die Mercurii in septimana Pentecostes anno regni Regis predicti secundo Johannes Loom magister navis domini Regis que vocatur la Margarete de London' cepit ad opus domini Regis in portu de Plympmuth' de David' de Fynchwill' Will'mo Bokerel et Johanne de Stofford' tria dolia vini precii vij. li. x. s. contra voluntatem suam n[l] eisdem pro eisdem doleis solvend.' Item dicunt quod die Sabbati proxima post festum Invencionis Sancte Crucis anno predicti domini Regis secundo Henricus de la Huthe et socii sui marinarii domini Regis de portubus [*sic*] ceperunt ad opus dicti domini Regis de Waltero Molendinario Totton' in portu de Dertemuth' unum dolium vini precii xlvj.s. viij. d. pro quo in nullo satisfecerunt. Et dicunt quod Johannes le Loom magister navis que vocatur la Margarete de Loundr' cepit ad opus ejusdem domini Regis die sexto mensis Maii anno predicti domini Regis nunc secundo ad opus Willii de Kayneston' magistri navis que vocatur la Godale de London"

et Johannis Brounyng' magistri navis Margarete de London' de Johanne Cok' mercatore Exonie x. quarteria frumenti precii lx. s. de Jordano Whyte j dolium cicere precii xiij. s. iiij. d. de Waltero Doo unum dolium cicere precii xiij. s. iiij. d. de Stephano de Sandrigge unum dolium cicere precii ejusdem de Will'o Compreneys de Modbury et Stephano Haag' de Totton' ij. carcos' boum precii xv. s. De quibus in nullo satisfecerunt. In cujus rei testimonium huic inquisicioni dicti jur' sigilla sua apposuerunt. Devon'.

[*In dorso*] ¶Captores bonorum infrascriptorum non sunt inventi in comitatu Devon' qui statim post prisas factas recesserunt.

[*Vide nn.* 61, 63 *et* 64 *supra.*]

66. Extenta villarum de Penreth' et Langwathby.

[*Breve deest.*]

. . . . . Penreth' facta apud Penreth' coram Alexandro le Convers et Roberto de Barton' die Martis proxima ante festum Pasche [anno regni] Regis E. tercio [14to *Aprilis* 1310] per Rogerum de Laton' *etc.*

* * * * *

Summa totalis extente predictarum villarum } Cxxx li. xviij. s. xj. d.

Item jurati dicunt quod in predictis villis de Penreth' et Langwathby et villis de Salkild' Carlaton' et Scotby que quinque ville faciunt manerium de Penreth' sunt custodia prisonum retorn' omnium brevium Regis tenentes dictarum villarum tangencium et . . . que non possunt extendi. In cujus rei testimonium predicti jurati huic extente sigilla sua apposuerunt. Cumbr'

67. Isabella quæ fuit uxor Willielmi Walrond *dudum defuncta. De partitione inter hæredes ejusdem Isabellæ faciendâ*

[Pro Alano de Plukenet.

Rex dilecto et fideli suo Waltero de Glouc' Escaetori suo citra Trentam salutem. Quia compertum est per recordum et processum habita in curia nostra coram dilecto et fideli nostro Rogero le Brabanzon et sociis suis Justiciariis nostris ad placita coram nobis tenenda assignatis inter Alanum de Plukenet asserentem se esse consanguineum et propinquiorem heredem Johannis Walraund' defuncti qui de nobis tenuit in capite et cujus terre et tenementa in manu nostra racione fatuitatis ejusdem Johannis extiterunt die quo obiit et adhuc in manu nostra existunt ex parte una et Bogonem de Knoville Aliciam de Everyngham Matill' que fuit uxor Ricardi le Bret et Ceciliam de Helioun quam Petrus de Helioun duxit in uxorem asserentes se esse consanguineos et propinquiores heredes ejusdem Johannis ex parte altera quod predictus Alanus est consanguineus et propinquior heres ejusdem Johannis et non predicti Bogo Alicia Matill' et Cecilia cepimus homagium ejusdem Alani de omnibus terris et tenementis que idem Johannes consanguineus suus tenuit de nobis in capite die quo obiit exceptis duabus carucatis terre in Yatesbury que una cum

maneriis de Salterton' Derneforde et Wynterburne per quendam finem in curia domini H. quondam Regis Anglie avi nostri levati Alexandro de Fryville et Johanne uxori ejus et Rad'o le Botiller debent remanere et ei terras illas et tenementa reddidimus Et ideo vobis mandamus quod accepta securitate a prefato Alano de racionabili relevio suo nobis reddendo ad scaccarium nostrum eidem Alano de omnibus terris et tenementis predictis *etc.* exceptis dictis duabus carucatis terre et maneriis predictis que prefatis Alex'o Joh'e et Rad'o debent remanere sicut predictum est plenam seisinam habere faciatis salvo jure cujuslibet. Teste Rege apud Westm' xij die Februarii (1309-10).

Pro Alexandro de Fryville et Johanna uxore eius et Radulpho le Butiller.

Rex dilecto et fideli suo Waltero de Glouc' Escaetori suo citra Trentam salutem. Quia constat nobis per inspeccionem cujusdam finis levati in curia domini H. quondam Regis Anglie avi nostri quod Robertus Walraund dudum defunctus dedit et concessit Will'o Walraund et Isabelle uxori ejus defunctis maneria de Salterton' Derneford' [et] Wynterburne et duas carucatas terre cum pertinenciis in Yatesbury Habenda et tenenda eisdem Will'o et Isabelle et heredibus ipsius Isabelle prout in fine predicto plenius continetur ac per inquisiciones per vos de mandato nostro factas et in Cancellaria nostra retornatas compertum est quod Johanna uxor Alexandri de Fryville et Rad's le Botiller sunt consanguinei et propinquiores heredes ipsius Isabelle de tenementis supradictis et quod predicte due carucate terre in Yatesbur' tenentur de nobis in capite per servicium dimidii feodi unius militis et predicta maneria de Salterton' et Wynterburne Asserton' tenentur de aliis dominis et per recordum et processum habita inde in curia nostra coram nobis apparet quod Alanus [de] Plukenet consanguineus et heres Johannis Walraund' nuper defuncti filii et heredis prefati Will'i allocutus fuit in eadem curia nostra si quid dicere sciat quare maneria et due carucate terre predicta juxta finem predictum prefatis Alex'o Johanne et Rad'o ut propinquioribus heredibus prefate Isabelle reddi non debeant et nichil dicere scivit cepimus homagia ipsorum Alex'i et Rad'i de racionabilibus propartibus suis ipsos de tenementis predictis contingentibus et eisdem Alex'o Johanne et Rad'o propartes illas reddidimus. Et ideo vobis mandamus quod accepta securitate a prefatis Alex'o Johanna et Rad'o de racionabili relevio suo nobis reddendo ad scaccarium nostrum factaque legali particione maneriorum et duarum carucatarum terre predictarum juxta extentam per vos inde factam vel si necesse fuerit iterato faciendam in duas partes equales in presencia heredum et participum predictorum per vos inde premuniendorum si interesse voluerint prefatis Alex'o et Johanne de proparte ipsos contingente necnon et predicto Rad'o de proparte sua juxta particionem supradictam plenam seisinam habere faciatis salvo jure cujuslibet. Et cum assigna-

cionem illam feceritis eam nobis sub sigillo vestro sine dilacione mittatis ut eam in rotulis Cancellarie nostre prout moris est irrotulari faciamus. Teste ut supra (*i.e.* Teste Rege apud Westm' xviij die Februarii). *Rot. Fin.* 3 *Edw.* II. *m.* 8.]

Propars Alexandri de Friville et Johanne uxoris ejus consanguinee et unius heredum Isabelle que fuit uxor Will'i Walerond' dudum defuncte de maneriis de Salterton' Derneforde et Wynterborne et duabus carucatis terre cum pertinenciis in Yatesbury facta et assignata predictis Alex'o et Johanne per Johannem Brayn de Bradeford' attornatum ipsius Johanne coram Escaetore domini Regis in comitatu Wiltes' ultimo die Marcii anno regni Regis E. tercio [1310] de assensu Rad'i le Botillier consanguinei et alterius heredum ipsius Isabelle. Assignantur [*Assignatur*] eisdem Alex'o et Johanne predictum manerium de Wynterborne Asserton' quod ad xij. li. *etc.* Habenda in propartem ipsius Johanne ipsam de hereditate predicta contingentem. Wiltes.'

Propars Rad'i le Botillier consanguinei et alterius heredum Isabelle que fuit uxor Will'i Walerond' dudum defuncte de maneriis de Salterton' Derneford' et Wynterborne et duabus carucatis terre cum pertinenciis in Yatesbury facta et assignata eidem Rad'o coram Escaetore domini Regis ultimo die Marcii anno regni Regis E. tercio [1310] de assensu Alex'i de Friville et Johanne uxoris sue consanguinee et unius heredum predicte Isabelle per Johannem Brayn de Bradeford' attornatum ipsius Johanne ad hoc coram dicto Escaetore constitutum. Assignatur eidem Rad'o predictum manerium de Salterton' Derneford' cum pertinenciis videlicet cum hamelettis de . . ton' et Neweton' quod ad xv. li. xj. s. vij. d. extenditur per annum. Et de predictis duabus carucatis *etc.* Habenda in propartem ipsius Rad'i ipsum de hereditate predicta contingentem. Wiltes.'

[*Vide Inq. p.m.* 2 *Edw.* II. *n°* 80.]

68. Willielmus filius et hæres Johannis de Abinggeton *defuncti. De ætate probandâ.*

[*Breve dat. apud Reygate* 3° *Junii* 1310.]

Probacio etatis Willielmi filii et heredis Johannis de Abinggeton' capta coram Escaetore domini Regis apud Ware v. die Julii anno regni Regis E. filii Regis E. tercio [1310] per sacramentum subscriptorum.

Willielmus Leward [*vel* le Ward] etatis l. annorum juratus et examinatus super etate predicti heredis dicit per sacramentum suum quod predictus heres fuit etatis viginti et unius annorum ad festum Anunciacionis Beate Marie anno regni Regis nunc tercio [25^to^ *Marcii* 1310] et hoc scit quia idem heres natus fuit apud Abinggeton' in comitatu Cantebr' ad festum Anunciacionis Beate Marie anno regni Regis E. patris domini Regis nunc xvij [1289] et in crastino baptizatus in ecclesia Sancti Swythuni ejusdem ville et similiter hoc scit quia interfuit cuidam inquisicioni capte coram Masculmo [*rectè* Malcolmo] de Harle tunc Escaetore domini Regis anno regni predicti Regis patris xxij. de terris predicti Johannis de Abinggeton' statim post mortem

ejusdem Johannis per quam compertum fuit quod predictus heres fuit quinque annorum tempore mortis ipsius Johannis patris sui qui obiit die sancti Marci Ewangeliste anno predicti Regis patris xxij. supradicto per quod bene recolit de etate predicti heredis.— Willielmus le Maister [etatis] xl. annorum juratus et examinatus super etate predicti heredis dicit quod idem heres *etc.* et natus fuit apud Abinggeton' *etc.* et hoc scit ex certa consciencia et ex testimonio tocius visneti de Abinggeton'.— Johannes le Clerk' etatis l. annorum et Willielmus ... stelyn lx. annorum jurati et singillatim examinati *etc.* et natus et baptizatus diebus et anno prenominatis et hoc sciunt quia interfuerunt assignacioni dotis Alicie matris predicti heredis que dotata fuit de terris et tenementis que fuerunt predicti Johannis de Abinggeton' quondam viri ipsius Alicie in Abinggeton' cito post mortem ejusdem Johannis ubi testatum fuit tam per predictam Aliciam quam per alios viros fidedignos tunc ibidem presentes quod predictus heres fuit quinque annorum tempore mortis predicti patris sui.— Petrus atte Brok' etatis xl. annorum juratus et examinatus super etate predicti heredis dicit quod predictus heres fuit etatis xxj. annorum ad festum Anunc' Beate Marie anno tercio supradicto et apud Abinggeton' natus et in ecclesia predicta baptizatus diebus et anno supradictis Et hoc scit quia habet quendam filium nomine Johannem qui natus fuit ad Carniprivium proximum ante diem nativitatis predicti heredis qui est consimilis etatis ejusdem heredis per quod bene recolit quod tantum tempus est elapsum.— Thomas de la Sale etatis l. annorum et amplius juratus et examinatus super etate predicti heredis dicit quod predictus heres fuit etatis xxj. annorum ad festum Anunc' Beate Marie anno tercio predicto et natus et baptizatus diebus et anno prenominatis Et hoc sciat quia ipsemet Thomas fuit ballivus domini Regis in Hundredo de Arnyngford' et fecit quoddam attachiamentum in predicta villa de Abinggeton' super quendam Johannem le Rous de eadem villa per sumon[icionem] de Scaccario domini Regis die nativitatis predicti heredis per quod bene recolit de etate ejusdem heredis—Gilbertus le Lord etatis liiij. annorum Robertus le Maister lx. annorum Hugo Nobelot xl. annorum Henricus atte Ho xliiij. annorum Galfridus de Kirkeby lx. annorum et Johannes Wolnerth' xlvij. annorum jurati et singillatim examinati super etate predicti heredis concordant in omnibus cum primo jurato de etate ejusdem heredis Et hoc sciunt quia statim post mortem predicti Johannis de Abinggeton' predictus Masculmus de Harle tunc Escaetor domini Regis cepit quandam inquisicionem per breve Regis de terris ejusdem Johannis in qua quidem inquisicione iidem Gilbertus Robertus Henricus Galfridus et Johannes jurati fuerunt et per predictum Masculmum plenius examinati de herede predicti Johannis de Abinggeton' ubi satis manifeste testatum fuit et coram eodem Masculmo presentatum quod predictus Will'us filius ejusdem Johannis fuit heres ejus propinquior et etatis quinque annorum et amplius tempore mortis

ipsius Johannis per quod bene recolunt de etate ejusdem heredis. In cujus rei testimonium predicti jurati huic probacioni sigilla sua apposuerunt.

Et scire factum fuit per Johannem Baudry et Ricardum Elewys de comitatu Cantebr' Will'o de Sancto Ivone et Johanni de Brewey in quorum custodia terre et tenementa que sunt de hereditate predicti heredis existunt quod huic probacioni interessent qui ibidem personaliter venerunt et nichil pro se habuerunt vel dicere sciverunt quare dominus Rex terras et tenementa predicta prefato heredi ut illi qui plene [etatis est re]ddere non debeat. Caunt.'

[*Vide Inq. p.m.* 22 *Edw. I. n°* 39.]

(*To be continued.*)


SOME WILLS IN THE PUBLIC RECORD OFFICE.

(*Continued from p.* 123).

Wills enrolled on the Recovery Rolls.

Conquest, Benedict, of Irnham, co. Lincoln	...3 July 1753	...27 G. II. Mich. Ro. 10.
Suffield, Robert, of St. Giles', Norwich	... ———	27 G. II. Mich. Ro. 43.
Alexander, Mary (widow), of Kensington, co. Middx.	... ———	27 G. II. Mich. Ro. 44.
Heneage, George, of Hainton, co. Lincoln	...20 July 1751	...27 G. II. Mich. Ro. 48, 54.
Fraser, Thomas	...22 July 1748	..27 G. II. Mich. Ro. 65.
Bostock, Richard, of Parish of St. George the Martyr, co. Middx.	... ———	27 G. II. Hil. Ro. 22.
Browne, George, of Kiddington, co. Oxon	... ———	27 & 28 G. II. Trin. Ro.[1]
Norfolk, Mary, Duchess Dowager of	...22 Apr. 1749	...28 G. II. Mich. Ro. 14.
	1st Codicil 8 Aug. 1750	... „ „ Ro. 18.
	2nd Codicil 12 Mar. 1753	... „ „ Ro. 19.
	3rd Codicil 13 Mar. 1753	... „ „ Ro. 20.
	4th Codicil 23 Aug. 1754	... „ „ Ro. 21.
Greenwell, William, of the House of the English Benedictines at Douay	...24 Oct. 1754	.. 28 G. II. Mich. Ro. 26.
Blackburne, James, of the Hill within Goosnargh, co. Lanc. and Lisbon	...8 Aug. 1748	...28 G. II. Mich. Ro. 66.
Tichborne, Dame Mary, (widow)	... ———	28 G. II. Hil. Ro. 2.

[1] Between Rolls 40 and 50.



In conclusion, the ancestry of the Earl of Fife can with confidence be traced to Alexander Duff of Keithmore (1676), and probably to his father Adam, but beyond Adam it is impossible to go, at least, with the existing evidence.

WM. CRAMOND.

CALENDARIUM GENEALOGICUM.

(*Continued from p.* 185.)

69. Hugo de la Tour, filius et hæres Thomæ de la Tour *defuncti*. *De ætate probandâ.*

Edwardus *etc.* Waltero de Gloucestr' Escaetori suo citra Trentam salutem Quia Hugo de la Tour filius et heres Thome de la Tour defuncti qui de domino E. quondam Rege Anglie patre nostro tenuit in capite dicit se plene etatis esse et petit a nobis terras et tenementa que sunt de hereditate sua et in custodia Margarete de la Tour cui Magister Thomas de Columbrigge qui eandem custodiam habuit ex commissione dicti patris nostri custodiam illam vendidit Habendam usque ad legittimam etatem heredis predicti sibi reddi per quod volumus quod idem Hugo qui apud Yveton' in comitatu Sumers' natus et in ecclesia de Bromfelde in eodem comitatu baptizatus fuit ut dicitur etatem suam probet coram vobis Vobis mandamus quod probacionem illam per sacramentum tam militum quam aliorum proborum et legalium hominum de balliva vestra per quos probacio illa capi et veritas etatis predicte melius sciri poterit et inquiri capiatis. Et scire faciatis prefate Margarete quod tunc sit coram vobis ad ostendendum si quid pro se habeat vel dicere sciat quare prefato Hugoni ut illi qui plene etatis est (si plene etatis sit) terras et tenementa sua predicta reddere non debeamus Et probacionem illam sic captam nobis sub sigillo vestro et sigillis eorum per quos capta fuerit sine dilacione mittatis et hoc breve. Teste me ipso apud Westm' viij die Februarii anno regni nostri tercio [1309-10].

Hugo de Popham miles etatis lx. annorum Willielmus Fychet' etatis xl. annorum Johannes de Kent' etatis l. annorum

Will's de Bereford' etatis lx. annorum Will's de Haleswell' etatis xl. annorum Ricardus de Bury etatis xl. annorum Adam de Chaundos etatis lx. annorum . . Hare etatis l. annorum Robertus de la Pyle etatis lx. annorum Johannes Rochel etatis xl. annorum Ricardus Roulande etatis lx. annorum . . . le Mareschal etatis xl. annorum jurati et examinati singillatim super etate Hugonis de la Tour filii et heredis Thome de la Tour defuncti dicunt quod predictus Hugo fuit etatis xxj. annorum die Lune in crastino Pentecostes anno regni Regis E. nunc secundo [19^mo *Maii* 1309.] Et hoc sci[unt quia idem heres natus] fuit apud Yveton' in comitatu Somers' die Lune in crastino Pentecostes anno regni Regis E. patris Regis E. predicti xvj^to [17^mo *Maii* 1288] et in ecclesia de [Bromfelde in eodem] comitatu baptizatus. Et hoc scit predictus Hugo de Popham eo quod Johannes filius suus natus fuit eodem anno qui fuit etatis xxij. annorum . . . . apostoli proximo preterito. Et hoc similiter scit predictus Will's Fychet' eo quod fuit ballivus Walteri de la Lynde domini de Bromfeld' et cepit seisinam . . . . de terris que fuerunt predicti Thome de la Tour patris predicti Hugonis post mortem ipsius Thome xviij. annis elapsis et tunc tempore fuit . . . quatuor annorum. Et similiter scit predictus Johannes de Kent' eo quod habuit filium ad scolas Taunton' in societate predicti Hugonis xvij. annis elapsis . . . coetanii et etatis quinque annorum. Et hoc similiter scit predictus Will's de Bereforde compater predicti Hugonis per datam cujusdam carte de eviccione terre . . . predictus Hugo baptizatus fuit eidem inde confecte. Et similiter hoc sciunt predicti Will's de Haleswell' et Adam de Chaundos quia idem Adam . . . die nativitatis ejusdem Hugonis et predictus Will's interfuit comunio. Et similiter alii idem hoc sciunt per alias certas evidencias . . . lunt tempus predictum. Et Margareta de la Tour mater predicti Hugonis cui Magister Thomas de Columbrigge qui habuit custodiam ter . . . ejusdem Hugonis ex commissione domini Regis E. patris Regis nunc custodiam illam vendidit habendam usque ad legitimam etatem heredis predicti . . . . apud Taunton' vij die Marcij anno regni Regis E. filii Regis E. predicti tercio personaliter interfuit que nichil pro se habuit vel dicere [scivit quare] dominus Rex predicto Hugoni terras et tenementa que sunt de hereditate sua ut illi qui plene etatis est reddere non debeat. In cujus rei testimonium predicti jur . . . probacioni sigilla sua apposuerunt. Datum ut infra [7^mo *Martii*, 1309-10]. Somers.'

70. Elizabetha filia et hæres Ricardi de Loges *defuncti. De ætate probandâ.*

[*Breve deest. Membrana manca et imperfecta.*]

Probacio etatis Elizabeth' filie et heredis Ricardi de Loges facta coram Es . . . . | iiij^to die Septembris anno regni Regis E. filii Regis E. tercio [1309] per sac . . . . de Wrott [esle] . | etatis lx. annorum juratus et examinatus super etate predicte Elizabeth' di . . . . fuit etatis . |

annorum die Dominica in festo Pentecostes ultimo preterito eo quod nata fu . . Newenton' die Dominica . . | Pentecostes anno regni Regis E. patris domini Regis nunc xxj° finiente et eodem die [17^mo Maii 1293] in ecclesia Beati Petri de . . | baptizata fuit et hoc scit quia idem Will's tunc erat Coronator domini Regis in comitatu predicto et requisitus . . | die venire apud Blizefeld pro quodam infortunio quod ibidem tunc accidebat et dicto die apud Blizefeld . | et officium Coron' fecit.—Johannes de Heranwill' miles lxx. annorum juratus et examinatus dicit quod predicta Elizabeth' | fuit etatis xvj. annorum die Dominica in festo Pentecostes ultimo preterito [18° Maii 1309] eo quod nata fuit apud Newenton' die | Dominica in festo Pentecostes anno regni Regis E. patris domini Regis E. nunc xxj° et eodem die in ecclesia predicta . . | Hoc scit quia ad festum Pasche proximum ante dictum festum Pentecostes ann . . . . | filius Henrici de Harleye de comitatu Wygorn' duxit Aliciam . . . . | l. annorum juratus et examinatus dicit quod predicta Elizabeth' . . . . preterito eo quod nata fuit apud Newenton' die D . . . . | xxj° et eodem . in ecclesia predicta b . . . | fuit eodem die . predicta Elizabeth' . . . . | dicit quod predicta Elizabeth' fuit etatis x . . . | apud Newenton' die Dominica in festo P . . . . | ecclesia predicta baptizata et hoc scit quia . . . . | vitatis prox . . . predictum festum . . . . . | juratus et examinatus dicit quod pre . . . . | ultimo preterito eo quod nata fuit . . . . | domini Regis . xxj° et eodem die in e . . . . | Johannis . . fuit die Mercurii proxima ante . . . . . | est elapsum.—Robertus Buffry . . . . | xvj. annorum die Dominica in festo Pen . . . . . | festo Pentecostes anno regni Regis E. patris d . . . . | scit quia Will's de Buffry frater ipsius Ro . . . . | anno regni Regis E. predicti xxj° interfectus fuit . . . . | ipsius Elizabeth.'—Hugo le Rydere eta . . . . | fuit etatis xvj. annorum die Dominica in fes . . . . | Dominica in festo Pentecostes anno regni Regis . . . . . Stafford.'

[*Vide Inq. p.m.* 22 *Edw. I. n°* 29 ; *et* 28 *Edw. I. n°* 31.]

71. Galfridus filius et heres Galfridi de Lucy *defuncti. De ætate probandâ.*

[*Breve deest.*]

Probacio etatis Galfridi filii et heredis Galfridi de Lucy defuncti facta apud Cobelington' coram . . . . ante festum Omnium Sanctorum anno regni Regis Edwardi tercio [. *Oct.* 1309] per sacramentum xij. subscriptorum juratorum et examinatorum. De quibus Thomas de Waus etatis lx. annorum primus juratus et examinatus dicit predictum Galfridum fuisse etatis xx. et unius anni die Sancte Angnetis martris [*martyris*] ultimo preterito [21° *vel* 28° *Jan.* 1308-9] et quod idem Galfridus ad idem festum elap[s]is xxj. anno [*annis*] natus fuit

apud Cobeligton' et in crastino in ecclesia Beati Nicholai ejusdem ville baptizatus et hoc bene sit [*scit*] quia levavit eum de fonte et compater ejus est.—Et Will' Dounwal' etatis lxx. annorum secundus jur' dicit predictum Galfridum ibidem fuisse natum et in eadem ecclesia baptizatum et dicit quod erat plene etatis ante festum Purificacionis Beate Marie ultimo preteritum et hoc bene sit [*scit*] quia inter festum Pasche et festum Ascencionis tunc proximo sequens desponsavit Angnetem uxorem suam in ecclesia de Wenge que est commater ejusdem Galfridi.—Et Ricardus Rag[es] etatis lx. annorum tercius jur' dicit quod predictus Galfridus fuit plene etatis per xv. dies ante festum Pur' Beate Virginis ultimo preteritum et hoc bene sit quia Henricus filius ejus primogenitus fuit natus die Crucis Adorate eodem anno proximo sequente quo predictus Galfridus natus fuit qui in quindena Pasche ultimo preterito [*preterita*] etatem xxj. anni complevit.—Et Lucas Bedin [*vel* Bodin] etatis l. annorum quartus jur' dicit quod predictus Galfridus erit xxij. annorum circa festum Epiphanie proximo sequens et hoc bene sit quia eo tempore quo natus fuit et ante erat ballivus Galfridi de Lucy patris sui et custos manerii sui de Cobeligton' et aliorum maneriorum suorum de Wyginton' et Gatesdene et postea stetit cum eo in eodem servicio per xiiij. annos proximo sequentes et postea cum Eelena de Lucy avia dicti Galfridi qui nunc est per vij. annos et dimidium.—Et Thomas de Waus junior etatis l. annorum quintus jur' dicit quod dictus Galfridus complevit etatem xxj. anni et amplius Requisitus quomodo hoc sit dicit quod hoc sepius audivit ex relatu fidedignorum.—Et Johannes de Fraxino sextus jur' habens etatem xl. annorum dicit hoc similiter.—Et Walterus de Cobeligton' etatis lx. annorum septimus jur' dicit quod predictus Galfridus fuit plene etatis die Sancte Angnetis martris ultimo preterito et hoc bene sit quia Magister Will's Fraunceys frater ejus et rector ecclesie de Cobeligton' eo anno quo natus fuit circa Pascha proximo sequente (*sic*) erat presentatus ad ecclesiam de Cobeligton' per Galfridum de Lucy patrem predicti Galfridi qui nunc est et per Oliverum tunc episcopum Linc' ad eandem ecclesiam admissus et in eandem institutus in festo Invencionis Sancte Crucis ultimo preterito elapis xxj. anno [*elapsis xxj. annis*].—Et Hugo de Messendon' etatis xlv. annorum octavus jur' dicit quod predictus Galfridus erit etatis xxij. annorum infra quindenam Epiphanie proximo sequent' et hoc bene sit quia infra quindecim dies quo predictus Galfridus natus fuit duxit Matilld[am] filiam Will'i le Duyn in uxorem.—Et Will's le Duyn etatis xl. annorum nonus jur' dicit predictum Galfridum esse ejusdem etatis quia circa idem tempus quo predictus Galfridus natus fuit dedit predictam Matildam filiam suam Will'o le Duyn [*Hugoni de Messendon'*—vide supra] in uxorem et per hoc bene sit quod est etatis xxj. anni et amplius.—Et Johannes de Walda etatis lxx. annorum decimus jur' dicit quod predictus Galfridus fuit etatis xxj. anni per octo dies ante festum Pur' Beate Virginis ultimo preteritum et hoc bene sit quia bene recolit de anno et

tempore quo dictus Galfridus natus fuit.—Et Walterus Hereberd etatis xl. annorum undecimus jur' dicit similiter.—[Et] Will's de Cobelington' etatis l. annorum duodecimus jur' dicit similiter. In cujus rei testimonium predicti jurati huic probacioni sigilla [sua apposuerunt]. Buk.'

[*Vide Inq. p.m.* 33 *Edw. I.* n° 67; *Rot. Fin.* 33 *Edw. I. m.* 14, *et* 4 *Edw. II. m.* 17.]

72. Elizabetha postnata filia et altera hæredum Briani de Brompton *defuncti*. *De ætate probandâ*.

[*Breve deest.*]

Probacio etatis Elyzabeth' postnate filie et alterius heredum Briani de Brompton' defuncti facta apud Ayston' coram Esca[e]tore domini Regis die Mercurii in crastino Sancti Martini anno regni Regis Edwardi tercio [12mo *Nov.* 1309] per sacramentum subscriptorum.

Johannes de Micleton' etatis xlv. annorum juratus et examinatus super etate predicte Elyzabeth' dicit per sacramentum suum quod predicta Elyzabeth' nata fuit apud Ayston' in comitatu Hereford' et in ecclesia ejusdem ville baptizata et fuit etatis xiiij. annorum die Mercurii proximo post festum Sancti Nicholai proximo preterito [*preteritum*] et hoc scit quia idem Johannes est compater ipsius Elyzabeth' et eam levavit de fonte.—Hugo de Careswell' etatis l. annorum juratus et examinatus dicit quod predicta Elyzabeth' fuit etatis xiiij. annorum die Mercurii proximo post festum Sancti Nicholai proximo preterito et hoc scit quia eodem die Mercurii idem Hugo desponsavit uxorem suam et vidit dictam Elyzabeth' ad hostium ecclesie in baptizando.—Adam Judas etatis lx. annorum juratus et examinatus dicit quod dicta Elyzabeth' fuit etatis xiiij. annorum die Mercurii proximo post festum Sancti Nicholai proximo preterito et hoc scit quia mater ipsius Ade sepulta fuit eodem die in cymiterio predicte ecclesie de Ayston' et in redeundo ab ecclesia habuit obviam commatribus portantibus predictam Elyzabeth' ad ecclesiam ad baptizandum—Johannes Hasard etatis xl. annorum juratus et examinatus super etate predicte Elyzabeth' de die anno et loco concordat cum predictis juratis et hoc scit quia quidam Philippus pater ipsius Johannis eodem die feoffavit ipsum de omnibus terris suis inAyston.'—Henricus de Cornewaile etatis lv. annorum juratus et examinatus concordat cum predictis juratis de die anno et loco et hoc scit quia idem Henricus habuit quamdam filiam que dicto die Mercurii baptizata fuit in predicta ecclesia de Ayston'.—Adam Osberne etatis lx. annorum juratus et examinatus de dictis die et anno concordat cum predictis juratis de etate dicte Elyzabeth' et hoc scit quia idem Adam edificavit quamdam cameram infra placiam suam que est juxta manerium predicti Briani patris predicte Elyzabeth' et in edificando audivit ipsam Elyzabeth' vagientem in predicto manerio de Ayston'.—Will'us de Fraxino etatis l. annorum juratus et examinatus dicit quod predicta Elyzabeth' fuit etatis xiiij. annorum die Mercurii [proximo] post festum Sancti Nicholai proximo preterito et hoc scit quia tunc temporis fuit

serviens et familiaris dicti Briani patris dicte Elyzabeth' et dicto die Mercurii vidit dictam Elyzabeth' jacentem in cunabilis in camera nutricis sue.—Ricardus Faber etatis lx. annorum juratus et examinatus dicit quod predicta Elyzabeth' est ejusdem etatis sicut predicti jurati dicunt et hoc scit quia quidam Will's de Drayton' tunc temporis famulus ipsius Ricardi eodem die interfectus fuit in predicta villa de Ayston' et in sequendo felonem qui predictum Will'm interfecerat vidit prefatam Elyzabeth' ad hostium ecclesie in baptizando.—Will'us de Weston' etatis l. annorum Ricardus de Morton' etatis xl. annorum Philippus de Castro etatis l. annorum et Adam Hasard etatis xl. annorum jurati et examinati fideliter concordant cum predictis juratis de dictis die loco et anno de nativitate et etate dicte Elyzabeth' et hoc sciunt et ostendunt per multas evidentes raciones. In cujus rei testimonium predicti jurati huic probacioni sigilla sua apposuerunt. Hereford.'

[*Vide Inq. p.m. 2 Edw. II. n°* 62, *de proparte infra dicti Edmundi de Cornubia qui predictam Elizabetham duxit in uxorum.*]

[Quia Robertus de Harle qui Margaretam filiam et unam heredum Briani de Brompton' defuncti qui de domino E. quondam Rege Anglie patre nostro tenuit in capite duxit in uxorem dicit ipsam plene etatis esse et petit a nobis terras et tenementa que sunt de hereditate predicte Margarete quorum quedam pars in custodia Edmundi de Cornubia et quedam pars in custodia Will'i de Mortuo mari ac quedam pars in custodia Will'i le Blund ex concessione dicti patris nostri existunt usque ad legitimam etatem ejusdem heredis sibi reddi per quod volumus quod eadem Margareta que apud Huggeforde in comitatu Salop' nata et in ecclesia de Stoeton' in eodem comitatu baptizata fuit ut dicitur etatem suam probet coram vobis Vobis mandamus *etc.* Teste me ipso apud Westm' ij die Novembris anno regni nostri secundo (1308).

(In dorso.) Scire feci per Lucam Goudman de Welough' et Nicholaum Houke de eadem Edmundo de Cornubia Will'o de Mortuo mari et Will'o le Blund qui custodiam terrarum et tenementorum que sunt de hereditate Margarete filie et unius heredum Briani de Brompton' defuncti habent ex concessione domini E. quondam Regis Anglie sicut in brevi isto continetur quod fuissent coram me ad diem et locum quos ad probacionem quam vobis mitto huic brevi consutam capiendam assignavi ad faciendum quod breve istud requirit qui non venerunt nec aliquem pro se mittere curaverunt.

Tunc sequitur probatio etatis istius Margarete facta apud Salop' die Veneris in festo Sancti Nicholai anno regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi secundo (6 Dec. 1308). *Inq. 2 Edw.* II. *n°* 91.]

(To be continued.)